cimiteria in quibus fideles Christi publice subterrabantur[a]. item ad eandem regionem fuerat amphitheatrum Titi Vespasiani, in cuius dedicatione quingentas feras populo obiecit[1]. post hanc est porta Latina, qua in Latinos populos ibatur[b]. inde porta Metroni[c], que nunc clausa est, ubi rivus influit civitatem, quem ego Appiam aquam reor, cum ad Appiam viam perveniat[d]. alia est porta Asinaria Lateranensis iuxta Sanctum Iohannem. postea vero est porta Lavicana[e], que maior dicitur et[f] respicit viam Pompeianam sive Prenestinam. inde erat ductus aquarum in urbe(m), altis muris extructus, longissimo tractu, et supra portam, que tota ex tiburtino lapide constat, inscriptum est quis auctor fuerit tanti commodi, quotoque milliario aqua in urbem deducta sit[2]. erat preterea alius aquarum ductus, qui et ipse montana urbis et partes a Tiberi remotas irrigabat. sed uterque et intra urbem et foris in pluribus partibus corruit. post hanc est porta Taurina, ita dicta quod intus et foris sit tauri caput insculptum[3], seu, quod verius arbitror, Tiburtina, quia[g] per eam Tibur ibatur[h]. hec dicitur Sancti Laurentii porta. inde porta Numentana, que nunc corrupto vocabulo dicitur de la dona, per quam itur ad Sanctam Agnetem. inde porta Salaria, qua itur versus Sabinam, et duas habet vias: Salariam scilicet veterem, que ducit ad pontem Milvium, et novam, que respicit pontem Salarium. inde porta Pinciana; item porta Flaminia, iuxta quam est[i] ecclesia Sancte Marie de populo nuncupata, et per eam quoque itur ad Milvium pontem. ultima est porta Colina, ubi per pontem Traiani coniuncta est Rome civitas Leonina iuxta monumentum divi Hadriani. item sunt tres

Nella stessa regione stava l'anfiteatro di Tito.

La porta Latina s'apriva verso i popoli Latini. La Metronia è chiusa: di lì entra l'acqua Appia.

L'Asinaria è presso S. Giovanni Laterano.

La Labicana dà sulla via Prenestina; ed ivi sono ruderi di acquedotti.

La Tiburtina o Taurina guarda verso Tivoli;

la Nomentana verso S. Agnese;

la Salaria verso la Sabina.

Poi la Pinciana;

la Flaminia, che mette al ponte Milvio; e, ultima, la Collina, presso la città Leonina e la Mole Adriana.

(a) *E* subterrabant (b) *Codd.* eatur (c) *Codd.* Muroni (d) *R* proveniat (e) *G* Levicana (f) *G E* ea (g) *E* quare (h) *Codd.* eatur (i) *G om.* est

alludere al cimitero di Callisto. Di catacombe a porta Capena ovvero Ostiensis (S. Paolo) non si ha notizia; nè pare verisimile che il V. avesse notizia dei cimiteri di Lucina e di Commodilla.

(1) Questa notizia è tolta da s. Hier. *Chron.* ad ann. 80.

(2) Allude all'acquedotto dell'aqua Claudia (proveniente da Subiaco) e dell'Anio novus, restaurato successivamente da Vespasiano, Tito, ed Onorio; esso passava sopra porta Prenestina. L'altro acquedotto, a cui il V. accenna, è forse quello delle aquae Marcia, Tepula, Iulia, che s'appoggiava sull'arco di porta Tiburtina.

(3) Porta Tiburtina (S. Lorenzo) reca difatti un fregio di « bucrani », onde fu comunemente chiamata porta Taurina durante il medio evo.